



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 10. S. Emmerano, in siti, non præbens potum, sitiens insanit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)



pollicetur, si prius cæsis infantibus placaret  
 aduersa numina. Quod summa vanitate  
 cruentus princeps, facile perfecit, secto in-  
 fante. Iusserat autem antè, nauibus ad de-  
 cipulam compositis, fluuium sterni, & su-  
 perpositis pontibus exæquari. Cùm itaque  
 ei diem & horam, quando educendus exer-  
 citus, & manus conferendæ essent, maga  
 præscripsisset, sacris suis peractis, omnia ma-  
 gæ consilio egit; plenusque vana spe, prior  
 ante exercitum suum furibundus è portis  
 proruit vrbs; immemor præ nimia vecor-  
 dia fraudis à se fabrefactæ, pontem cum  
 paucis aggressus, in profundum mergitur  
 cum equo, nec vsquam cadauer eius postea  
 inuentum. Ad hunc modum aquis haustus **Exod. 14.**  
 est nouus Pharaos, in quas voluit, doloso **18.**  
 ponte, religiosum & pium Imperatorem  
 Constantinum præcipitare. Ita proprium  
 authorem machina percussit.

## §. X.

*S. Emmerano, in siti, non præbens potum, siti-  
 ens insanit.*

Ad hanc classem pertinet aquæ potus **S. Cyrinus**  
 Emmerano Episcopo Ratisponensi negatus, **Episc. in**  
 de quo scribit Cyrinus Episcopus, cùm ei **vita eius;**  
 in grauissimis tormentis constituto, à diui- **cap. 9. 12.**  
 nis **apud Suri-**  
**22. Sept.**



nis laudibus & Psalmis Davidicis non desisti carnifices linguam excidissent, & abijissent, aduolasse è latibulis suis clericos, cum vicinis mulieribus. Nutu igitur ab his, corpore sanguine destituto, aquæ haustum petijt. Cui Vitalis presbyter & interpret eius, vir alioqui pius & religiosus, non sine commiseratione ac lachrymis dixit: *Quid vis refocillari, cum sis membris corporis destitutus? Meo quidem iudicio rectius tibi mortem optaris, quam tot affectus iniurijs vitam producere velis.* Vbi ergo fortissimus martyr intellexit presbyteri sui animum secus affectum, quàm expediret, collecto spiritu, & mutilatâ linguâ, verba, ut poenit, explicans, ita eum affatus est: *Non tibi in mentem venit, saepe me dixisse, neminem ad mortem festinare debere, sed potius optare, ut differatur, ut possit pijs intercessionibus faciẽ Domini præoccupare, ut detur spaciũ infirmis, ad agendam poenitentiam, propter ea, quæ infirmitas humana perpetravit? An verò pigritia tua molestum videtur cruentum refrigerare pectus? Ecce nunc temporaria vita hanc ego propono poenam, ut quoties ori tuo potum applicueris, mentis inops fias; nec tamen cuiquam noceas, sed inobedientia exemplum de te prabeas.* Dixit hoc

hoc



hoc vir sanctissimus, & ut dixit, ita euenit. Tanti fuit sitienti Martyri haustum nega- uisse; sic luit, qui sitienti non succurrit. Quid luent illi, qui Martyrum Domino cla- manti *Sitio*, haustum negant? Neque enim in cruce dumtaxat olim clamauit, clamat adhuc quotidie in miseris, in pauperibus & ægrotis, & quàm pauci sunt, qui de cra- pula sua aliquid detrahant vini, ut ad ægro- tos refocillandos id mittant? An non tali- onem metuere debent? an non & illi vicif- sim aliquando clamitabunt, *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret lin- guam meam, quia crucior in hac flamma?*

Ioan. 19.  
28.Luc. 16.  
24.

## § XI.

*S. Wilibrordus pœna talionis afficiens auarum.*

Potest sanè seuera illa supremi iudicis sententia conijci, ex assessorum illius sen- tentia, qui si in hac vita pœnam illam irro- gant, ut siti plectant, & aqua interdican- t ijs, qui non refrigerant sitientes, quid in altera vita fiet? Refert Albinus Flaccus Alcuinus Apud Suidam Caroli Magni præceptor, S. Wilibrordum riu tom. 6 Traiectensem Episcopum magnis aliquando 7. Nou. in itineribus in Frisiam profectum, ad Chri- cap. 9. vi- tæ S. Wi- stum librorum.